

et Dagonē agens, deos utrosque, nullo facto discrimine, appellat (1); cum tamen Dagon facili ipsa esset dea Dereto, sive Artagatis; Astarte verò dea esset Sydoniorum. Usitatisiam etiam erat formula pagano-rum inter orandum: *Sive tu deus es, sive tu dea* (Arnob. contra gentes); quemadmodum etiam constat ex relata apud Macrobiū prece pro impetranda ope deorum, quorum patrocinio obsessa urbs subdebatur (Macrob. Saturn. lib. 3, cap. 9). Istud autem capitale paganae religionis dogma, si unquam aliàs, potissimum in lunā observabatur, quæ utrumque sexum in se conjungere credebatur, ait Plutarchus (de Iside et Osiride). Non ignota sunt nomina deus Lunus et dea Luna: quin et Apollo ipse sub utriusque sexūs habitu, quemadmodum et Mitra colebatur. In superioribus observavimus ex Herodoti testimonio, eandem deam, quam Assyrii Mitram appellabant, hanc sub nomine Astart Arabes coluisse. Luna apud Syros, Armenos, et in Mesopotamiā, virile erat nomen. Virilibus vestibus induta pingebatur, quemadmodum et in nummis quibusdam Græcis hodiè usque apparet, ubi virili etiam titulo, atque Armeno capitis integumento exhibetur. Narrat Spartianus veteres Chortarum in Mesopotamiā incolās in eā fuisse persuasionē, ut quicumque lunam pro deā haberent, ipsi nunquam uxorī suæ non subderentur; quī verò pro deo, nunquam non uxores suas sibi morigeras habituros (Spartian. in Caracall.). Ad-dit consuevisse quidem Græcos et Ægyptios muliebrī nomine lunam appellare quandoque, nunquam tamen nisi tanquam nomen virilis sexūs in mysteriis suis habuisse: *Mysticè tamen deum dicunt*. Bacchus quanquam ipse sol esset, ut supra ostendimus, coruibus instructus, atque muliebrī amictu, ut ex Porphyrio constat (Apud Euseb. Præp. lib. 3, cap. 11), pingebatur. Est igitur ambigendi locus, an Moloch nomen sit lunæ potius, an solis, cum dei sive deæ titulus indiscriminatin usurpari consuevisset. Ex quo etiam illud consequitur, nihil esse cur lectores mirentur si Anamelech, nomen regis titulo insignitum pro deā habeamus.

Sed agendum, demonstremus humanis victimis non soli tantum, sed lunæ etiam litari frequenter consuevisse. In regionibus ad Araxem sitis (ubi Sepharvitarum patriam constituitimus) auctore Strabone, luna colebatur, cujus erat templum insigne ad Iherum (Strab. lib. 11). Ilujus fani sacerdos secundam obtinebat post regem dignitatem, frequentem mancipiorum turbam nunti consecratam in obsequiis habeat. Accidebat autem quotannis, ut ex tantā mancipiorum turba aliqui divini, ut ferebatur, instinctu in lucem sese subduceret, ut tamdiu errabundus vagabatur donec à sacerdote captus, catenis oneratus, toto anno lautè in carcere detineretur. Eo anno evoluta, unā cum aliis victimis nunti immolatus addebatur. Nec alterius erant generis sacrificia deæ Syriæ (quam facili lunam credimus et ex Luciano constat). Narrat

(1) 4 Reg. 3, 7: *Dura est manus ejus super nos, et super Dagon nostrum*. 5 Reg. 11, 3, 53: *Adoraverunt Astartem deam Sydoniorum*.

enim clausos in sacris pueros delatos à parentibus in templi pinnaculum, unde precipites in forum agerentur; lugentes autem casum suum pueros, ita solari consuevisse parentes, ut dicerent, non à se eos genitos fuisse, sed à bobus. Cruenta Diane sacrificia, quibus in Tauricā numen colebatur, notiora sunt, quam ut inpresentiarum à nobis commemorentur; ejus autem cultum et ritus in Cappadociam et Arabiam in-vectos Strabo testatur (Strab. lib. 12 et lib. 16).

Duo supersunt Romæ simulacra, in eodem marmore insculpta, quæ nostro argumento servire possunt; extant autem in hortis Farnesianis, et ipsissima esse nomina credit Seldeus, quæ, referente Zozyro, Palmyrā Romam ab Aureliano delata sunt. Inscripta marmorī legitur hæc græca epigraphæ: *Agilobolo et Malachelo diis patriis*. Credit autem idem Seldeus, Agilobolam eundem esse ac Elagabalum deum Palmyrenorum, quem Antoninus cognomento Heliogabalus Romam transferendum curavit; derivat autem nomen illud ex Hebræo *Hagli*, rotundus, et *Baal* dominus; porro Heliogabalus lapis erat rotundus, ut jam supra innuimus, et solem designabat. Malachelum verò ita interpretatur, ac deum Belum; ego tamen maluerim Malachelum lunam reddere. Fateor quidem nomen illud virile esse; sed non semper muliebrī nomine appellatam lunam supra ostendimus; quin et Malachelus plerumque cornu habet lunæ in dorso expressa, quod lunæ unice convenit. Nomen Malachelus ad litteram sonans deus, rex, summam ejus nominis venerationem demonstrat, simulque probat, quod supra à nobis insinuatum est, nempe Moloch, cum deo Luno confundi.

Tandem in promptu habemus auctorem, qui singulare aliquid de Ammonitarum numine assert. Is est celeberrimus itinerator Benjamin, qui venisse se Gebai urbem Ammonitarum referens, vetus invisit templum, et in templo vetus, quod supererat, ejusdem generis numen. An mulierem, sive marem referret, silet omnino; ceterum, ait, simulacrum erat lapideum, auro superinducto nitens, quod throno assidens, duas utrinque feminas, totidem thronis assidentes, habeat; ante feminas ara posita in usum sacrificiorum et aromatatum. Ex auctoris silentio colligimus, nihil novi in numinis simulacro spectatum fuisse; ex quo adductis supra ex Rabbīnis descriptionibus suspicio non levīs. Nec est cur diversa ab eo numine credamus alia finimorum gentium; quanquam enim in remotissimā à itiquitate rudes coluisse lapides sive columnas populos illos constat, successu tamen temporis hominum simulacra rudes illi lapides ad decus Religionis induerunt. Si autem in medium iterum adducere licet *Heliogabalum*, possumus non inesse ejus nomen ex *lib* et *Gabal* derivare, ut sit deus Gabal, nempe sol in urbe Gabal cultus, vel deus terminorum; has enim omnes significationes commodè reddidit hebræum *Gabal*. Posset etiam non incongruè derivari ex *Hec-Haggabal*; nempe Deus creator, quem sæpè titulum apud paganos sol obtinebat. Porro *Gabal* syriacè et *Gabal* arabicè sonant creare.

Anquam dissertationem claudamus, objectionem occupare oportet, ex eo scilicet deductam, quod negotium facere videantur varia illa nomina uni eidemque deo juxta nostram sententiam indita in regionibus inter se finitimis, nec sermone, neque religione plurimum inter se discrepantibus. Sed his facili reponimus, varia fuisse ejusdem dei nomina, nedum apud varias gentes, sed in unā etiam eademque regione. Sed et inter nomina cetera facili in eā re superant sol et luna, quemadmodum et latior illis præ ceteris cultus et religio. Vetus poeta græcus (Belo ep' Euphrateo, Libys callemens Ammon) refert, Bacchum apud populos supra Euphratem Belum appellari, apud Lybes Ammonem, apud Ægyptios Apin, apud Assyrios Jovem. Sol apud Ausonium ita loquens inducitur: *Ogygia me Bacchum vocat, Osirin Ægyptus putat, Arabica gens Adonem*. Nihil essemus, si omnia solis nomina à Macrobio recensita referri hic (Macrob. lib. 4, cap. 18) patiremur.

Neque quidquam in eā re luna soli concedebat. Diana in Hymno apud Callimacum Jovem rogat, ut sibi hanc prerogativam, multorum scilicet nominum, tantam habere semper velit. Luna apud Apoleium (Apol-

Metamorph. lib.) ita se facit: *Primigenii Pesunticam nominant deum matrem*. Hinc autochthones Attici Cecropiam Minervam illinc fluctuantes Cyprii Paphiam Venerem; Cretes sagittiferi Diemam Dianam; Siculi trilingues Stygiam Proserpinam. Nam Eleusini vetustam deam Cererem, alii Belloam, alii Hecatem, Rhamusiam alii: et qui nascentis dei solis inchoantibus illustrantur radiis Æthiopes, Africæ, præcæque doctrinā pollentes Ægypti; ceremoniis ne propriis percolentes, appellant verò nomine reginam Isidem. Post hæc omnia non est cur lectores mirentur, si Moloch deum Ammonitarum cum sole vel lunā confundendum asseruerimus; si unum etiam eundemque habuerimus cum Baalsemes, et Astarte Phœnicum, Osiride Ægyptiorum; cum Dionysio et Allat se Venere celestē Arabum, Mitrā Persarum, Belo Assyriorum, Anamelech et Adramelech Sepharvitarum, Anai populorum ad Araxem, Saturno Phœnicæ Amlicæ Cartaginensium, Adad et Atergati Syrorum, Elagabalo Palmyrenorum, Deā Syriā Jerapla; Agilobolo et Malachelo Palmyrenorum, tandem cum Apolline, Baccho, Adonide, Dianā, Venere, Lunā et Luno. Variis hisce nominibus uni designantur Sol et Luna.

IN NUMEROS COMMENTARIUM.

Argumentum.

Liber hic hebraicè à sui initio dicitur *Valedaber*, id est, *et locus est*. Græci *ἔπιθεος*, et eos secuti Latini, *Numeros* cum vocaverunt, eò quod liber hic à censu et numeratione populi incipiat, quòdque multæ capitales et numerationes hoc libro percensentur; uti bellatorum Israel c. 4, primogenitorum et Levitarum c. 5, mansionum in deserto c. 35; denique eò quod hoc libro Hebræi in suis numeros, id est, ordines, turmas et acies distribuunt; numerus enim subinde accipitur pro certā ratione atque ordine, ut apud Virgil. Æneid. 11:

*Etruscque duces, equitumque exercitus omnis,
Compositi numero in turmas.*

Sic milites dicebantur referri in numeros, eum in suos ordines distribuuntur, in eorumque catalogum inscribebantur.

Materia libri est, partim historia peregrinationis Hebræorum per desertum tendentium in Chanaan, hanc enim in Exodo ceptam hic pertexit Moses; partim variæ numerationes, partim præcepta Dei positiva hinc inde immixta. *Numeri*, inquit S. Hieron. in Pro-

logo Galeato, *nonne totius arithmeticas, et prophetice Balaam, et quadraginta duarum per eremum mansionum mysteria continent?* Ob novam hanc materiam, nova est hic sectio Pentateuchi, novusque liber Numerorum, à Levitico et aliis dissectus et distinctus. Censet Abulenensis Mosen Exodo, maxime cap. 20, complexum esse præcepta moralia sive naturalia, Levitico ceremonialia, Numeris judicialia. Verum hoc per omnia verum non est; nam et judicialia pertexit Exodi 21 et 22, atque hic in Numeris tam, imò magis ceremonialia, quam judicialia, hinc inde immiscet.

Liber hic complectitur historiam et gesta Mosis ac Hebræorum à secundo mense anni secundi egressis eorum ex Ægypto, usque ad finem penit vite Mosis, sive peregrinationis 40 annorum in deserto, videlicet usque ad initium mensis undecimi anni quadagesimi. Nam ab illo mense undecimo anni quadagesimi incipit sequens liber Deuteronomii, ut patet conferenti v. 1 c. 1 Numer. cum c. 1 Deuter. v. 5. Continent ergo Numeri gesta circiter 59 annorum, videlicet ab anno mundi 2455 usque ad annum 2494, quod fuit ab anno à diluvio 798 ad annum 857.

CAPUT PRIMUM.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen in deserto Sinai, in tabernaculo federis, primâ die mensis secundi, anno altero egressionis eorum ex Ægypto, dicens :
2. Tollite summam universæ congregationis filiorum Israel per cognationes et domos suas, et nomina singulorum, quidquid sexus est masculini.
3. A vigesimo anno et supra, omnium virorum fortium ex Israel, et numerabitis eos per turmas suas, tu et Aaron.
4. Eruntque vobiscum principes tribuum ac domorum in cognationibus suis.
5. Quorum ista sunt nomina: De Ruben, Elisur, filius Seducur.
6. De Simeon, Salamiel, filius Surisaddai.
7. De Juda, Nahasson, filius Aminadab.
8. De Issachar, Nathanael, filius Suar.
9. De Zabulon, Eliab, filius Helon.
10. Filiorum autem Joseph: de Ephraim, Elisama, filius Ammid; de Manasse, Gamaliel, filius Phadassur.
11. De Benjamin, Abidan, filius Gedeonis.
12. De Dan, Abiezer, filius Amisaddai.
13. De Aser, Phegiel, filius Ocran.
14. De Gad, Eliasaph, filius Ducl.
15. De Nephthali, Ahira, filius Enam.
16. Hi nobilissimi principes multitudinis per tribus et cognationes suas, et capita exercitus Israel;
17. Quos tulerunt Moyses et Aaron cum omni vulg multitudinis:
18. Et congregaverunt primo die mensis secundi, recensentes eos per cognationes, et domos, ac familias, et capita, et nomina singulorum, à vigesimo anno et supra,
19. Sicut præceperat Dominus Moysi. Numeratique sunt in deserto Sinai.
20. De Ruben primogenito Israelis per generationes, et familias, ac domos suas, et nomina capitum singulorum, omne quod sexus est masculini à vigesimo anno et supra, procedentium ad bellum,
21. Quadraginta sex millia quingenti.
22. De filiis Simeon, per generationes, ac familias, ac domos cognationum suarum, recensiti sunt per nomina et capita singulorum, omne quod sexus est masculini à vigesimo anno et supra, procedentium ad bellum,
23. Quingenta novem millia trecenti.
24. De filiis Gad, per generationes et familias, ac domos cognationum suarum, recensiti sunt per nomina singulorum, à viginti annis et supra, omnes qui ad bella procederent,
25. Quadraginta quinque millia sexcenti quingenta.
26. De filiis Juda, per generationes et familias, ac domos cognationum suarum, per nomina singulorum, à vigesimo anno et supra, omnes qui poterant ad bella procedere,
27. Recensiti sunt septuaginta quatuor millia sexcenti.

CHAPITRE PREMIER.

1. La seconde année après la sortie des enfants d'Israël hors de l'Égypte, le premier-jour du second mois, le Seigneur parla à Moïse au désert de Sinai, dans le tabernacle de l'alliance, et lui dit :
2. Faites un nouveau dénombrement de tout le corps des enfants d'Israël, par familles, par maisons et par têtes, c'est-à-dire de tous les mâles,
3. Depuis vingt ans et au-dessus, de tous les hommes forts d'Israël, capables de porter les armes; vous les compterez tous par leurs bandes, vous et Aaron.
4. Et ceux qui sont dans leurs familles, les princes de leurs tribus et les chefs de leurs maisons seront avec vous pour vous aider à faire ce dénombrement.
5. Voici les noms de ces princes: De la tribu de Ruben, Elisur, fils de Seducur.
6. De la tribu de Siméon, Salamiel, fils de Surisaddai.
7. De la tribu de Juda, Nahasson, fils d'Aminadab.
8. De la tribu d'Issachar, Nathanaël, fils de Suar.
9. De la tribu de Zabulon, Eliab, fils d'Helon.
10. Et entre les enfants de Joseph: d'Ephraïm, Elisama fils d'Ammid; de Manassé, Gamaliel, fils de Phadassur.
11. De Benjamin: Abidan, fils de Gédéon.
12. De Dan, Ahieser, fils d'Amisaddai.
13. D'Aser, Phégiel, fils d'Ocran.
14. De Gad, Eliasaph, fils de Ducl.
15. De Nephthali, Ahira, fils d'Enan.
16. C'étaient là les plus considérables de tout le peuple divisé par tribus et par familles, et les chefs de l'armée d'Israël.
17. Moïse et Aaron les ayant pris avec toute la multitude du peuple,
18. Ils s'assemblèrent au premier jour du second mois, et en firent le dénombrement par tiges, par maisons et par familles; en comptant chaque personne, et prenant le nom de chacun, depuis vingt ans et au-dessus,
19. Selon que le Seigneur l'avait ordonné à Moïse. Le dénombrement se fit dans le désert de Sinai.
20. On fit le dénombrement de la tribu de Ruben, fils aîné d'Israël. Tous les mâles, depuis vingt ans et au-dessus, qui pouvaient aller à la guerre, furent comptés par tiges, par familles et par maisons; et tous ayant été marqués par leurs noms,
21. Il s'en trouva quarante-six mille cinq cents.
22. On fit le dénombrement des enfants de Siméon: tous les mâles depuis vingt ans et au-dessus, qui pouvaient aller à la guerre, furent comptés par tiges, par familles et par maisons; et étant tous marqués par leur propre nom,
23. Il s'en trouva cinquante-neuf mille trois cents.
24. On fit le dénombrement des enfants de Gad. Tous ceux qui avaient vingt ans et au-dessus, et qui pouvaient aller à la guerre, furent comptés par tiges, par familles et par maisons; et étant tous marqués par leur propre nom,
25. Il s'en trouva quarante-cinq mille six cent cinquante.
26. On fit le dénombrement des enfants de Juda. Tous ceux qui avaient vingt ans et au-dessus, et qui pouvaient aller à la guerre, furent comptés par tiges, par familles et par maisons; et étant tous marqués par leur propre nom,
27. Il s'en trouva soixante quatorze mille six cents.

28. De filiis Issachar, per generationes et familias, ac domos cognationum suarum, per nomina singulorum, à vigesimo anno et supra, omnes qui ad bella procederent,
29. Recensiti sunt quinquaginta quatuor millia quadringenti.
30. De filiis Zabulon, per generationes et familias, ac domos cognationum suarum, recensiti sunt per nomina singulorum, à vigesimo anno et supra, omnes qui poterant ad bella procedere,
31. Quinquaginta septem millia quadringenti.
32. De filiis Joseph, filiorum Ephraim, per generationes et familias, ac domos cognationum suarum, recensiti sunt per nomina singulorum, à vigesimo anno et supra, omnes qui poterant ad bella procedere,
33. Quadraginta millia quingenti.
34. Porrò filiorum Manasse, per generationes et familias, ac domos cognationum suarum, recensiti sunt per nomina singulorum, à viginti annis et supra, omnes qui poterant ad bella procedere,
35. Triginta duo millia ducenti.
36. De filiis Benjamin, per generationes et familias, ac domos cognationum suarum, recensiti sunt nominibus singulorum, à vigesimo anno et supra, omnes qui poterant ad bella procedere,
37. Triginta quinque millia quadringenti.
38. De filiis Dan, per generationes et familias, ac domos cognationum suarum, recensiti sunt nominibus singulorum, à vigesimo anno et supra, omnes qui poterant ad bella procedere,
39. Sexaginta duo millia septingenti.
40. De filiis Aser, per generationes et familias, ac domos cognationum suarum, recensiti sunt per nomina singulorum, à vigesimo anno et supra, omnes qui poterant ad bella procedere,
41. Quadraginta millia et mille quingenti.
42. De filiis Nephthali, per generationes et familias, ac domos cognationum suarum, recensiti sunt nominibus singulorum, à vigesimo anno et supra, omnes qui poterant ad bella procedere,
43. Quinquaginta tria millia quadringenti.
44. Hisiunt quoque numeraverunt Moyses, et Aaron, et duodecim principes Israel, singulos per domos cognationum suarum.
45. Fueruntque omnis numerus filiorum Israel per domos et familias suas, à vigesimo anno et supra, qui poterant ad bella procedere,
46. Sexcenta tria millia virorum quingenti quingenta.
47. Levite autem in tribu familiarum suarum non sunt numerati cum eis.
48. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :
49. Tribum Levi noli numerare, neque ponas summam eorum cum filiis Israel :
50. Sed constitue eos super tabernaculum testimonii, et cuncta vasa ejus, et quidquid ad ceremonias pertinet. Ipsi portabunt tabernaculum, et omnia utensilia ejus: et erunt in ministerio, ac per gyrum tabernaculi metabuntur.

28. On fit le dénombrement des enfants d'Issachar. Tous ceux qui avaient vingt ans et au-dessus, et qui pouvaient aller à la guerre, furent comptés par tiges, par familles et par maisons; et étant tous marqués par leur propre nom,
29. Il s'en trouva cinquante-quatre mille quatre cents.
30. On fit le dénombrement des enfants de Zabulon. Tous ceux qui avaient vingt ans et au-dessus, et qui pouvaient aller à la guerre, furent comptés par tiges, par familles et par maisons; et étant tous marqués par leur propre nom,
31. Il s'en trouva cinquante-sept mille quatre cents.
32. On fit le dénombrement des enfants de Joseph, et premièrement des enfants d'Ephraïm. Tous ceux de cette tribu qui avaient vingt ans et au-dessus, et qui pouvaient aller à la guerre, ayant été comptés par tiges, par familles et par maisons, et étant tous marqués par leur propre nom.
33. On fit ensuite le dénombrement des enfants de Manassé; et tous ceux qui avaient vingt ans et au-dessus, et qui pouvaient aller à la guerre, ayant été comptés par tiges, par familles et par maisons, et étant tous marqués par leur propre nom,
34. Il s'en trouva trente-deux mille deux cents.
35. On fit le dénombrement des enfants de Benjamin; et tous ceux qui avaient vingt ans et au-dessus, et qui pouvaient aller à la guerre, ayant été comptés par tiges, par familles et par maisons, et étant tous marqués par leur propre nom,
36. Il s'en trouva trente-cinq mille quatre cents.
37. On fit le dénombrement des enfants de Dan et tous ceux qui avaient vingt ans et au-dessus, et qui pouvaient aller à la guerre, ayant été comptés par tiges, par familles et par maisons, et étant tous marqués par leur propre nom,
38. Il s'en trouva trente-deux mille sept cents.
39. On fit le dénombrement des enfants d'Aser; et tous ceux qui avaient vingt ans et au-dessus, et qui pouvaient aller à la guerre, ayant été comptés par tiges, par familles et par maisons, et étant tous marqués par leur propre nom.
40. On fit le dénombrement des enfants de Nephthali; et tous ceux qui avaient vingt ans et au-dessus, et qui pouvaient aller à la guerre, ayant été comptés par tiges, par familles et par maisons, et étant tous marqués par leur propre nom,
41. Il s'en trouva quarante-un mille cinq cents.
42. On fit le dénombrement des enfants de Nephthali; et tous ceux qui avaient vingt ans et au-dessus, et qui pouvaient aller à la guerre, ayant été comptés par tiges, par familles et par maisons, et étant tous marqués par leur propre nom,
43. Il s'en trouva cinquante-trois mille quatre cents.
44. C'est là le second dénombrement des enfants d'Israël qui fut fait par Moïse, par Aaron, et par les douze princes d'Israël; chacun étant marqué par sa maison et par sa famille.
45. Et le compte des enfants d'Israël, qui avaient vingt ans et au-dessus, et qui pouvaient aller à la guerre, ayant été fait par maisons et par familles,
46. Il s'en trouva en tout six cent trois mille cinq cent cinquante, comme dans le premier dénombrement qui s'était fait six mois auparavant.
47. Pour les Léuités, ils ne furent point comptés parmi eux, selon les familles de leur tribu.
48. Car le Seigneur parla à Moïse et lui dit :
49. Ne faites point le dénombrement de la tribu de Lévi, et n'en marquez point le nombre avec les enfants d'Israël, ne les obligez point d'aller avec eux au combat.
50. Mais établissez-les pour avoir soin du tabernacle du témoignage, de tous ses vases, et de tout ce qui regarde les cérémonies du culte de Dieu. Ils porteront eux-mêmes le tabernacle et tout ce qui sert à son usage; et ils seront employés à ce saint ministère, et ils camperont autour du tabernacle pour le garder.

51. Cùm proficiscendum fuerit, deponet Levitæ tabernaculum : cùm castrametandum erigent; quisquæ externorum accesserit, occidetur.

52. Metabuntur autem castra filii Israel unusquisque per turmas, et cuneos, atque exercitum suum.

53. Porrò Levitæ per gyrum tabernaculi figent tentoria, ne fiat indignatio super multitudinem filiorum Israel, et exculabunt in custodiis tabernaculi testimonii.

54. Fecerunt ergo filii Israel juxta omnia quæ præceperat Dominus Moysi.

51. Lorsqu'il faudra partir, les Lévités démanteleront le tabernacle; lorsqu'il faudra camper, ils le dresseront. Si quelque étranger, de quelque tribu qu'il soit, se joint à eux et entreprend de faire leurs fonctions, il sera puni de mort.

52. Les enfans d'Israël camperont tous par diverses compagnies et divers bataillons dont les troupes seront composées, laissant un espace assez considérable entre le camp et le tabernacle.

53. Mais les Lévités dresseront leurs tentes autour du tabernacle, et ils empêcheront que nul autre n'en approche, de peur que l'indignation du Seigneur ne tombe sur la multitude des enfans d'Israël, et ils veilleront pour la garde du tabernacle du témoignage.

54. Les enfans d'Israël exécutèrent donc toutes les choses que le Seigneur avait ordonnées à Moïse. Ils formèrent trois camps enfoncés l'un dans l'autre, et celui du Seigneur, environné par celui des Lévités, et celui des Lévités environné par celui de toutes les tribus d'Israël.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — LOCUTESQUE EST DOMINUS, puta angelus Dei personam gerens; nam omnia hæc per angelum esse dicta et gesta, ostendi Exodi 3, v. 2 et Levit. 1, v. 1. Utitur enim Deus angelis quasi administratoris spiritalibus, ut per eos illuminet homines; hic enim congruus et suavis est ordo divine providentiæ. Licet ergo populus ipsum Deum cum Mose collocatum, eique immediate hæc præcepta tradidisse existimaret, Moses tamen ex continuo cum eo colloquio tandem intellexit non esse Deum, sed angelum Dei Agebat enim cum eo assidue et familiarissime. Ita Abielens. Postquam ergo Moses agnovit eum esse angelum, eum non adoravit lætrâ, sed in adoratione hæc mentem ad Deum angeli Dominum direxit. Itaque angelus hic vocatur Dominus, tum quia Dominus representabat, tum quia populus putabat eum non esse angelum, sed Dominum. Vide dicta Exodi 20, 1 et 2.

IN DESERTO SINAI. Omnia hæc à cap. 1 usque ad cap. 10, v. 11, facta sunt in 12 mansione quæ fuit in Sinâ, uti ostendi Exodi 19, v. 1.

IN TABERNACULO. Non ergo in ostio tabernaculi in conspectu plebis (uti aliàs aliquando) hic cum Mose loquatur Deus, id est, angelus Dei, sed ex ipso Sancto sanctorum, puta ex propitiario, ut patet c. 7, versu ultimo.

VERS. 2. — TOLLITE SUMMAM UNIVERSÆ CONGREGATIONIS FILIORUM ISRAEL, q. d.: Accipite, sive inite numerum omnium Hebræorum, sive Israelitarum. Hebræicè est: *sen et ros*, id est, *tollite caput*, hoc est, capitale, seu numerate capita omnia Hebræorum. Scpling. vertunt, *labere ægypti*, accipite imperium, ditio-nem et latitudinem populi, hoc est, numerate populum, ut videatis quousque se extendat ejus imperium et vires, nam in populi numero et multitudine consistit terminatur populi imperium, jurisdic-tio et robur.

Nota. Ter in deserto numeratas est populus: primò, in Sinâ ante fabricam tabernaculi, pro contributione ad eandem faciendam, Exodi 28, 25. Secundò, paucis post eam mensibus, scilicet post fabricatum et erectum tabernaculum, idque ob causam mox dicendam. De hoc secundo censu agitur hoc cap. Unde et idem populi hic est numerus cum eo qui fuit in priore censu,

Exodi 28, 25. Licet enim inter utrumque censum cesa sint 25 millia, ob adoratum vitulum aureum, tamen alii totidem interim eorum loco subintrarunt, qui videlicet paucis hæc mensibus annum vigesimum expleverant. Tertio, post multos annos numeratus est Israel, non in Sinâ, sed in campestribus Moab, idque ad distribuendam eis terram promissam, quam jam ingressuri erant, de quo agitur inferius c. 26.

Quæres cur hic post paucos menses iteratus sit populi census? Respondeo, id factum est primò, ad castra Hebræorum, quæ brevi ex Sinâ movenda erant, et aciem bellatorum meliùs et ordinatius instruendam. Secundò, ut census et numerus multitudinis cujusque tribus certò et exactè constaret; ad hoc, ut ordinata et apia fieret tribuum omnium, in castris, circa tabernaculum jam recenter erectum dispositio et distributio.

Nota secundò. In hæc numeratione singuli numerati persolverunt dimidium siclum. Ita enim jusserrat Dominus Exodi 30, v. 12. Nota tertio. Nulli proselyti, nulli Ægyptii, aut ex aliis gentibus oriundi, quorum magna inter Hebræos erat multitudo, ut patet Exodi 12, 58, hic numerantur; sed soli et omnes Israelitæ masculi (exceptis Levitis) qui annum vigesimum compleverant. Quare nec pueri, nec feminae numerati sunt, quia ob imbecilliores vel atatem vel sexum ad bella inepti, divinis calculis apti non sunt habiti, ait Origines, homil. 1, ubi et hujus rei hanc tropologiam causam assignat: *Donec, inquit, inest alicui nostram vel puerilis, vel lubricus sensus, vel feminea et resoluta segnitates, vel Ægyptios et barbaros meres gerimus, haberi apud Deum in sancto et consecrato numero non mereamur. Innumeri enim apud Salomonem dicuntur esse qui percuti, numerati autem omnes illi qui salvantur, puta qui cum hoste bellant, decertant et vincunt: hinc suis ait Christus: Vestri capilli capitis omnes numerati sunt; et à Psaltes: Qui numerat multitudinem stellarum, et omnibus eis nomina vocat.*

VERS. 5. — A VIGESIMO ANNO ET SUPRA. Quia ab hoc anno ætas bellatorum incipit, indeque porrigitur ad annum sexagesimum, et subinde ulterius; omnes enim et soli illi hic numerantur, qui poterant ad bella pro-

cedere, ut patet in enumeratione singularum tribuum; quare planè decrepiti, v. g., octogenarii non fuerunt hic annuerati, licet id vellet Abielens.

OMNEM VIBORUM FORTEM. Hinc patet omnes Israelitas mirâ Dei providentiâ in deserto fuisse fortes, neminem debilem, neminem ægrum, omnes enim numerati sunt; omnes autem numerati fuerunt fortes, ut hic dicitur: et hoc est quod canit Psaltes: *Non erat in tribus eorum infirmus.*

VERS. 4. — EAUTEMQUE VIBISCUM PRINCIPES TRIBUUM. Principes tribus erant primogeniti, qui ab ipso capite tribus, sive à Patriarchâ, v. g., à Judâ, directè per lineam primogenitorum descendebat: simili modo principes familiarum, de quibus c. 26, erant primogeniti istius familiarum. Sic et nunc in nonnullis regnis, Scotiâ, Hiberniâ, Angliâ, principes familiarum sunt primogeniti, et qui ab his primò descendunt, eisque quasi deubus tota familia in rebus civilibus, in bellis, imò et in injuriis ulciscendis indivulsè adhaeret. In castris enim tota penè vis belli consistit in duce et principe. Unde melior et formidolosior est exercitus cerorum dace leone, quam leonum duce cervo. Brasidas apud Thucydidem, tria requirebat in bono milite, *velle, vereri, obedire*: ita in duce tria requiruntur, *sapientia, fortitudo, vigilantia*. Unde Carolus Vaiebat se in castris optare ducentum Italum: Itali enim vigiles sunt, sagaces et animosi. Tales sæpe sunt, vel præsumuntur esse primogeniti: quare hic in duces eliguntur. Excipie hic principes Levitarum: hi enim non erant semper primogeniti, sed ad placitum constituebantur: id colligitur ex eo quòd Eizaphan princeps Caalitharum patrem habuit Uziel, minimum natu filiorum Casath, filii Levi, ut patet hic c. 5, 19 et 50.

Allegoricè et tropol. hi 12 principes representarunt duodecim Apostolos, virosque Apostolicos, qui totum Israel em, id est, omnes gentes, ex Ægypto, id est, ex angustiis peccati, eduxerunt, à Pharaone, id est, diabolo, liberarunt, atque in Chanaan, id est, caelum deduxerunt. Ita Thomas duxit Indos, Andreas Achilles, Joannes Asianos, Thadæus Mesopotamios, Chanaanæus Ægyptios, Bartholomæus Armenios; hi nobis sunt stimuli. Audiant sacerdotes, audiant theologi, audiant pastores et prelati, audiant religiosi S. Chrysostomum homil. 47 in Matth.: *Si duodecim homines, inquit, puta Apostoli, tetam penè farinam orbis fermentarunt: animo versa, quanta sit nostra malignitas atque ignavia, qui eum jam innumeri simus, has gentium reliquias convertere non possumus, qui vel mille mundis satisfacere deberemus.*

Respice nos ex alto, Domine Jesu; emitte in nos ignem quem venisti mittere in terram, et voluisti vehementer accendi. Misisti hunc ignem, ut alios ta-ceam, in S. Xaverium, ut duceret Indos et Japonios; in Gasparem Barzæum, ut duceret Arruzios; in Andream Oviedo, ut duceret Abassinos; in Matth. Riccium, ut duceret Sinas; in Josephum Anchieta, ut duceret Brasiliòs: emitte eundem in nos. O Societas Jesu (licet enim filio matrem dulcissimam alloqui, cui se et omnia sua debet) quæ regnum Jesu toto

orbè propagare satagis, quæ spiritum Jesu Apostolicum à Deo accepisti, quæ terras et maria permeas usque ad Sinas et Indos; quæ cosmopolitam te reputas; quæ famem, sitim, æstus, frigora, naufragia, persecutiones, mortes, martyria pro Jesu fortiter subis, quæ aureis charitatibus aliis gentes barbaras, pauperes, miseras complecteris; quæ innumera animarum millia in infernum ruentia liberas, et in caelum traducis. Macte animo; perge quò pergis; age fortiter quò agis; non parcas sudori, sanguini, vite tue; *intende, prosperè procede, et regna*. Erit fructus labori tuo; erit merces operi tuo, et merces magna nimis, cùm post te greges animarum salvandorum duces, quæ tibi in omnem aeternitatem, coram Deo et angelis, salutem suam acceptam ferent.

Ardua per præceps gloria vadit iter.

VERS. 8. — DE RUBEN. Nota. Tribus et patriarche, puta 12 filii Jacob hic recensetur ordine thori, ut scilicet primò nuncuntur filii primæ uxoris Jacob, puta Lie: scilicet primò, Ruben; secundo, Simeon; tertio, Juda; quarto, Issachar; quinto, Zabulon; deinde Rachelis, scilicet sexto, Ephraim; septimò, Manasse; octavo, Benjamin; tertio ancillarum, scilicet nonò, Dan; decimò, Aser; undecimò, Gad; duodecimò, Nephthali: ubi nota, confusum esse ordinem in Nephthali; nam Nephthali, uti et Dan, filius erat Bale, ac consequenter preponendus erat Aser et Gad, filiis Zephræ: tertia enim Jacobi uxor fuit Bala, quam ei pro se substituit Rachel, utpote sterilis; quarta verò Jacobi uxor fuit Zephra, quam Jacobo addidit Lia, cùm parere desineret. Alius harum tribuum est ordo paulò post v. 20 et seq., ubi initur numerum capitem in singulis tribubus: ibi enim describitur ordo metationis castrorum, quem quaque tribus habebat circa tabernaculum. Unde ibi primi sunt Ruben, Simeon et Gad, qui ad meridiem tabernaculi castra sua metabantur; secundi sunt Judas, Issachar et Zabulon, qui erant ad orientem tabernaculi; tertii sunt filii Rachelis, puta Ephraim, Manasse et Benjamin, qui erant ad occidentem tabernaculi; quarti sunt Dan, Aser et Nephthali, qui erant ad septentrionem tabernaculi, de quo plura capite sequenti.

VERS. 9. — FILIORUM AUTEM JOSEPH DE EPHRAIM. Nota. Tribus Joseph fuit à Jacobo pater in duas divisa, scilicet in Ephraim et Manasse, qui fuerunt duo Josephi filii, ab avo Jacobo adoptati, ut dixi Genes. 48, v. 5. Rursùm, Ephraim hic preponitur Manasse, quia ei ab avo Jacobo prelatas est Genes. 48, 19, idcirco Josephus lib. 5 Antiq. c. 14, ait Ephraim successisse patri, esseque et vocari tribum Joseph: Manasse verò surrogatum esse Levi ad explendum numerum 12 tribuum, juxta 12 filios Jacobi. Hi enim fuerunt 12 patriarchæ, id est, duodecim capita et principes tribuum ex se progenitarum. Nam Levi hic et alibi non numeratur, ut patet v. 49.

VERS. 16. — HI NOBILISSIMI. Hebr. *herie hæada* (quos Hispani simili voce nuncupant *criados del Rey*), id est, vocati congregationis, qui scilicet è tribu à Mose evocati et selecti sunt in principes tribuum, quique ab eo

evocari solebant ad concilium, in quo de communi populi et tribuum bono tractabatur. Ita *Yatah* et *Oteast*. Chald. *verit*, *hi nuncupati congregationis*, id est, hi illustres et famosi, utpote principes tribuum. Tripliciter ergo hi 12 principes dicuntur *herie*, id est, *vocati*. Primò, quia vocati fuerunt à Deo et Mose, ut essent principes et duces populi per desertum in Chanaan. Secundò, quia vocabantur ad senatum et concilium. Tertio, *vocati*, id est, nominati, famosi, insignes, illustres in populo. Hinc alludit S. Paulus quando Rom. 1. v. 4. et sæpe alibi ait : *Paulus vocatus Apostolus*. Hi enim 12 principes tribuum fuerunt typus duodecim Apostolorum. Unde primò, sicut hi vocati sunt à Mose ad principatum, ita Apostoli vocati sunt ad apostolatam, id est, principatum Ecclesie. Secundò, sicut hi erant senatus et concilium Synagoga; ita Apostoli Ecclesie. Tertio, sicut hi erant vocati, id est, nominati et famosi, ita et Apostoli.

VERS. 17. — QUOS TENERUNT MOYSES ET AARON CUM OMNI VULGI MULTITUDINE. *Tulerunt*, id est, conscripserunt et convocarunt tanquam populi primates et principes. Hebr. Chald. et Septuag. *vulgi multitudinem* ad seq. versum referunt, sed eodem ferè sensu. Sic enim habent : *Et accepit Moses et Aaron viros illos, quos vocarunt, vel declararunt per nomina, punctum. Et omnem congregationem congregaverunt primo die mensis, etc.*

VERS. 20. — PER GENERATIONES, ET FAMILIAS, AC DOMOS SUAS. *Generatio*, sive cognatio hic communis est ad familiam et domum : vox ergo et hic significat *id est*, q. d. : *Per generationes*, id est, per familias et domos; familia enim amplam generationem, sive cognationem significat, et plures sub se domos complectitur : domus vero est particularis quilibet familia, sive cognatio. Hoc ergo ordine factus est hic populi census, ut primò Moses et Aaron inirent numerum familiarum cujusque tribus : deinde numerarent omnes domos sive particulares familias cujusque communis familie, sive cognationis; tertio numerarent capita cujusque domus.

VERS. 47. — LEVITE AUTEM IN TRIBU FAMILIARUM SCARUM NON SUNT NUMERATI CUM EIS. Non quòd Levitis ad bellum procedere, et pugnare vetitum esset: contrarium enim patet in Machabeis, qui cum Levite essent, fuerunt tamen pugnacissimi, et in Levitis qui cum Mose occiderunt adoratores vituli aurei Exodi 32, 28. Nec enim Levite veteris legis talia sacra tractabant, quæ tractant sacerdotes legis novæ, qui proinde bello et sanguinis effusione abstinere debent : sed quòd in castro- rum metatione Levite non collocarentur cum aliis tribubus; eò quòd circa ipsum tabernaculum ejus ministeriis deputati versarentur, ut patet v. 40, ideòque à 12 tribubus secreti essent, tanquam pars et tribus Domini, ejus servitio dicata.

VERS. 50. — ET QUODCUM AD CEREMONIAS PERTINET, ID EST, OMNIA VASA, OMNISQUE SUPPELLEX PERTINENS AD CULTUM, SITUS ET MINISTERIA TABERNACULI; UNDE HEBRAÏCÈ EST, ET QUODCUM AD ILLUD, SCILICET TABERNACULUM, PERTINET.

AC PER CYRUM TABERNACULI NETABUNTUR. Per tabernaculum hic simul ejus atrium intellige, q. d. : *Le-*

vite circa atrium quasi custodes et ministri ejus, castra sua metabuntur, ne alii, utpote laici, ad atrium et tabernaculum propius castra metentur, idque ad atrii et tabernaculi, Deique ipsius cultum et reverentiam. Erant ergo Moses et Aaron ad ostium tabernaculi, puta ad orientem; Gersonite verò ad occidentem tabernaculi : Merarite ad aquilonem; Caathite ad meridiem, ut dicitur e. 5; hisce deinde undequaque se circumferebant 12 tribus.

VERS. 51. — CUM CASTRAMETANDUM, CUM CASTRA LOCANDA ET FIGENDA ERUNT; OPPONITUR ENIM METATIO CASTRORUM PROTECTIONI EORUMDEM.

QUISQUE EXTERNORUM ACCESSERIT, OCCIDETUR, q. d. : Si aliqui qui non est de tribu Levi accesserit, ut figat castra cum Levitis, juxta atrium, aut tabernaculum deponere et erigere, vel portare præsumperit, occidetur, vel à iudice, vel à Deo peculiari vindicta. Statuit hoc Deus, ut dixi, ob reverentiam loci sacri, puta tabernaculi, quòd erat quasi templum mobile Hebraeorum per desertum; unde subdit : *Ne fiat indignatio super multitudinem filiorum Israel; si videlicet ipsi contra mandatum hocce meum ad atrium tabernaculi accedere, et castra metari præsumant.*

VERS. 52. — PER TURMAS ET CUNEOS. Hebr., *per vexilla sua*, de quibus cap. sequenti.

VERS. 53. — ET EXCURABUNT IN CISTODIS TABERNACULI TESTIMONI, q. d. : Levite vigilanter custodiant tabernaculum, ejusque vasa, maxime ne quis externorum accedat, aut illud pollutet. Dicitur *tabernaculum testimonii*, id est, legis, quia continebat tabulas lapideas divinae legis, sive Decalogi, ut dixi Exodi 25, 16.

Allegor. Israelite et duodecim eorum tribus significat fideles omnium gentium, qui numerati sunt et inscripti catalogo Ecclesie, ac libro vite, saltem inchoatè. Hinc alludit Christus Math. 19, 28, ubi ait Apostolos judicatos 12 tribus Israel, id est, omnes fideles omnium gentium; et S. Paulus Rom. 9, 8, ubi docet fideles quosvis esse Israelitas, et filios Abrahæ, non secundum carnem, sed secundum spiritum. Et S. Joan. Apoc. 21, 10 et 42 ubi vidit Jerusalem novam descendentem de celo, habentem portas 12, et eis inscripta nomina 12 tribuum Israel, nam 12 tribus significant universitatem sanctorum : duodenarius enim est numerus perfectus, ideòque est symbolum universalitatis; de hoc plura dicam e. 2, v. 2, q. 5.

Tropol. Rupert. : Hæc, ait, nomina omnium nostrum professionem significant, qui in presenti vite currimus, atque non in nube et mari, sed in eo quod per hæc significatum est, baptizati sumus, ac spiritualem escam manducamus, et spiritualem potum bibimus de petrâ, quæ jam non in figurâ, sed in veritate est Christus. *Ruben* ergo est, qui multos Deo parit filios; *Ruben* enim hebr. idem est quod videns filios. *Elisur*, idem est quod pater meus fortis. *Sedeur* idem est quod uberum lux. *Simeon* est audiens tristitiam, vel obediens. *Salamiel* idem est quod retribuens mihi Deus, vel pax mea Deus. *Surisaddai* est continens ubera mea, vel fortis meus Dominus. *Judas* est confessio. *Nahasson* est serpentinus (prudens ut serpens)

vel argurium. *Aminadab* est populi mei spontaneus. *Isachar* est merces. *Nathanael* est donum Dei. *Suar* est pusillus. *Zabulon* est habitaculum fortitudinis, vel doloris. *Eliab* est Deus meus pater. *Holon* est exercitûs fortitudo. *Joseph* est augmentum. *Ephraim* est frugifer, vel cresces. *Elisama* idem est quod Deus meus auditivus. *Amiud* est populus meus inclytus. *Manasse* est oblivio. *Ganuel* est retributio Dei. *Phadassur* est redemptio fortis. *Benjamin* est filius dextræ. *Abidan* est pater meus iudex. *Gedoon* est successio iniquitatis; perperam enim Rupert. ex S. Hieron. in Nomin. Heb. (qui liber non videtur esse S. Hier. aut certè hæc, et similia parum congrua, ei à sciolo aliquo inserta sunt) *Gedoon* putat idem esse quod tentatio iniquitatis. *Dan*

CAPUT II.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen et Aaron, dicens :

2. Singuli per turmas signa, atque vexilla, et domos cognationum suarum, castrametabuntur filii Israel, per gryum tabernaculi foederis.

3. Ad orientem Judas figet tentoria per turmas exercitûs sui : critique princeps filiorum ejus Nahasson filius Aminadab.

4. Et omnis de stirpe ejus summa pugnantium, septuaginta quatuor millia sexcenti.

5. Juxta eum castrametati sunt de tribu Issachar, quorum princeps fuit Nathanael, filius Suar.

6. Et omnis numerus pugnatorum ejus, quinquaginta quatuor millia quadringenti.

7. In tribu Zabulon princeps fuit Eliab, filius Helon.

8. Omnis de stirpe ejus exercitus pugnatorum, quinquaginta septem millia quadringenti.

9. Universi qui in castris Judæ annumerati sunt, fuerunt centum octoginta sex millia quadringenti : et per turmas suas primi egredientur.

10. In castris filiorum Ruben, ad meridianam plagam, erit princeps Elizur, filius Sedeur :

11. Et cunctus exercitus pugnatorum ejus qui numerati sunt, quadraginta sex millia quingenti.

12. Juxta eum castrametati sunt de tribu Simeon, quorum princeps fuit Salamiel, filius Surisaddai :

13. Et cunctus exercitus pugnatorum ejus qui numerati sunt, quinquaginta novem millia trecenti.

14. In tribu Gad princeps fuit Eliasaph, filius Duel :

15. Et cunctus exercitus pugnatorum ejus qui numerati sunt, quadraginta quinque millia sexcenti quinquaginta.

16. Omnes qui recensiti sunt in castris Ruben, centum quinquaginta millia et mille quadringenti quinquaginta per turmas suas : in secundo loco profici-scentur.

17. Levabitur autem tabernaculum testimonii per officia Levitarum et turmas eorum; quomodo erigetur, ita et deponetur. Singuli per loca et ordines suos profici-scentur.

18. Ad occidentalem plagam erunt castra filiorum Ephraim, quorum princeps fuit Elisama, filius Amiud :

est iudicium. *Ahieser* est frater meus adjutor. *Amin-saddai* est populus meus sufficiens. *Asr* est beatus. *Phlegiel* idem est quod, occurre mihi, Deus. *Ochran* idem est quod, turbavit eos, puta infernales potestates. *Gad* est accinctus. *Elisaph* idem est quod, Deus meus congregavit. *Duel* idem est quod, cognoscite Deum. *Nephthali* est idem est quod, putat fideles; maxime principes et prelati Ecclesie, quibus hæc omnia sigillatim adaptat Rabanus.

CHAPITRE II.

1. Le Seigneur parla encore à Moïse et à Aaron, et leur dit :

2. Les enfants d'Israël camperont autour du tabernacle de l'alliance par diverses bandes, chacun sous ses drapeaux et sous ses enseignes, et selon leurs familles et leurs maisons, dans l'ordre qui suit :

3. La tribu de Juda dressera ses tentes vers l'orient; elle sera distribuée et divisée par bandes; et Nahasson, fils d'Aminadab, sera le prince de cette tribu.

4. Le nombre des combattans de Juda est de soixante-quatorze mille six cents.

5. Ceux de la tribu d'Issachar camperont auprès de Juda. Leur prince est Nathanael, fils de Suar.

6. Et le nombre de tous ses combattans est de cinquante-quatre mille quatre cents.

7. Eliab, fils d'Helon, est le prince de la tribu de Zabulon.

8. Et tout le corps des combattans de sa tribu est de cinquante-sept mille quatre cents.

9. Tous ceux que l'on a comptés comme devant être du camp de Juda sont au nombre de cent quatre-vingt-six mille quatre cents; et ils marcheront les premiers, chacun dans sa bande.

10. Du côté du midi, Elisur, fils de Sedeur, sera le prince dans le camp des enfans de Ruben :

11. Et tout le corps de ses combattans dont on a fait le dénombrement, est de quarante-six mille cinq cents.

12. Ceux de la tribu de Simeon camperont auprès de Ruben; le prince est Salamiel, fils de Surisaddai :

13. Tout le corps de ses combattans dont on a fait le dénombrement, est de cinquante-neuf mille trois cents.

14. Eliasaph, fils de Duel, est le prince de la tribu de Gad :

15. Et tout le corps de ses combattans, dont on a fait le dénombrement, est de quarante-cinq mille six cent cinquante.

16. Tous ceux dont on a fait le dénombrement pour être du camp de Ruben sont au nombre de cent cinquante-un mille quatre cent cinquante, distingués tous par leurs bandes; ceux-ci marcheront au second rang.

17. Dans tous les mouvemens de l'armée d'Israël, le tabernacle du témoignage sera porté par le ministère des Levites, qui marcheront après ces deux bataillons composés des six premières tribus, étant distingués selon leurs bandes. Et à l'égard du tabernacle, on le déterra et on le dressera toujours dans le même ordre; et les Levites marcheront chacun en sa place et en son rang, selon l'ordre qu'ils gardent dans leur camp.

18. Après eux marcheront les enfans d'Ephraïm qui camperont du côté de l'occident, et Elisama, fils d'Amiud, en est le prince.

19. Cunctos exercitus pugnatorum ejus qui numerati sunt, quadraginta millia quingenti.
20. Et cum eis tribus filiorum Manasse, quorum princeps fuit Gamaliel, filius Phadassur :
21. Cunctusque exercitus pugnatorum ejus qui numerati sunt, triginta duo millia ducenti.
22. In tribu filiorum Benjamin princeps fuit Abidan, filius Gedonius :
23. Et cunctus exercitus pugnatorum ejus qui recensiti sunt, triginta quinque millia quadringenti.
24. Omnes qui numerati sunt in castris Ephraim, centum octo millia centum, per turmas suas : tertii proficiscuntur.
25. Ad aquilonis partem, castrametati sunt filii Dan : quorum princeps fuit Abiezer, filius Amisaddai :
26. Cunctus exercitus pugnatorum ejus qui numerati sunt, sexaginta duo millia septingenti.
27. Juxta eum fixere tentoria de tribu Aser, quorum princeps fuit Phegiel, filius Ochran :
28. Cunctus exercitus pugnatorum ejus qui numerati sunt, quadraginta millia et mille quingenti.
29. De tribu filiorum Neptali, princeps fuit Ahira, filius Epan :
30. Cunctus exercitus pugnatorum ejus, quinquaginta tria millia quadringenti.
31. Omnes qui numerati sunt in castris Dan, fuerunt centum quinquaginta septem millia sexcenti ; et novissimum proficiscuntur.
32. Hic numerus filiorum Israel, per domos cognationum suarum et turmas divisi exercitibus, sexcenta tria millia quingenti quinquaginta.
33. Levite autem non sunt numerati inter filios Israel : sic enim preceperat Dominus Moysi.
34. Feceruntque filii Israel juxta omnia que mandaverat Dominus. Castrametati sunt per turmas suas, et profecti per familias ac domos patrum suorum.

COMMENTARIUM.

YERS. 2. — SINGULI PER TURMAS, SIGNA ATQUE VEXILLA, ET DOMOS COGNATIONUM SUARUM CASTRAMETABUNTUR. Heb., *singuli juxta vexillum suum, in signis domus patrum suorum, castrametabuntur*. Unde videtur quod, preter vexillum unum commune imi acie, fuerint alia quoque vexilla specialia domorum, id est, familiarum, vel potius tribuum singularium ; qualibet ergo tribus, preter unum commune et archiducem, videtur insuper aliud proprium habuisse vexillum.

Quæres primò quomodo hæc dispositio castrorum et tribuum 12 circa tabernaculum sit facta? Pro responsione nota, tabernaculum et atrium ambiens tabernaculum, quadratum, vel potius quadrangulum fuisse. Nam atrium in longitudine habebat cubitos centum, in latitudine 50; latus ergo meridionale et septentrionale, que erant latera longitudinis, habebant singula 100 cubitos. Unde sequitur, castra Hebræorum circa atrium disposita fuisse in quadrum, fuisseque quadrata, qua castrorum figura est optima.

19. Tout le corps de ses combattants, dont on a fait le dénombrement, est de quarante mille cinq cents.
20. La tribu des enfants de Manasse sera auprès d'eux; Gamaliel, fils de Phadassur, en est le prince.
21. Et tout le corps de ses combattants, dont on a fait le dénombrement, est de trente-deux mille deux cents.
22. Abidan, fils de Gedéon, est le prince de la tribu des enfants de Benjamin.
23. Et tout le corps de ses combattants, dont on a fait le dénombrement, est de trente-cinq mille quatre cents.
24. Tous ceux dont on a fait le dénombrement pour être du camp d'Ephraïm sont au nombre de cent huit mille cent hommes, distingués tous par leurs bandes : ceux-ci marcheront au troisième rang.
25. Les enfants de Dan camperont du côté de l'aquilon; et Abiezer, fils d'Amisaddai en est le prince.
26. Tout le corps de ses combattants, dont on a fait le dénombrement, est de soixante-deux mille sept cents.
27. Ceux de la tribu d'Aser dresseront leurs tentes près de Dan; et leur prince est Phegiel, fils d'Ochran.
28. Tout le corps de ses combattants, dont on a fait le dénombrement, est de quarante-un mille cinq cents.
29. Ahira, fils d'Enan, est le prince de la tribu des enfants de Nephthali.
30. Tout le corps de ses combattants est de cinquante-trois mille quatre cents.
31. Le dénombrement de ceux qui seront dans le camp de Dan, est de cent cinquante-six mille six cents; et ils marcheront au dernier rang.
32. Toute l'armée des enfants d'Israël, partagée en diverses bandes, selon leurs maisons et leurs familles, était donc de six cent trois mille cinq cent cinquante hommes; et sans compter les femmes, ni les enfants au-dessous de vingt ans, ni les vieillards au-dessus de soixante, ni une multitude infinie d'étrangers qui s'étaient joints à eux.
33. Mais les Léuites n'ont point été comptés dans ce dénombrement des enfants d'Israël; car le Seigneur l'avait ainsi ordonné à Moïse.
34. Et les enfants d'Israël exécutèrent tout ce que le Seigneur leur avait commandé. Quand il fallut camper, ils se campèrent par diverses bandes; et quand il fallut marcher, ils marchèrent suivant l'ordre des familles et des maisons de leurs pères qui leur avait été marqué.

inquit Vegetius tractans de re militari. Tradunt Hebræi, Israelitas ita castrametatos fuisse circa tabernaculum, ut unum miliare interfuerit, hoc est spatium mille passuum, idque tum reverentia, tum spatio et commoditatis causa; et hoc fuisse iter sabbati, quo in sabbato non licebat alterius progredi. Quod si verum est, magna fuit et multorum milliarum hæc castrorum Israelis expansio in deserto. Sic jussit Deus, ut area preccederet castra in transitu Jordanis ad spatium ebitorum bis mille, Josue 3, 4. Intellige hoc de castris laicorum, nam castra Levitarum custodientium tabernaculum erant juxta ipsum circumcirca, uti et habitatio Moisi et Aaronis; nunc dico, circa atrium erat primum quadratum, seu castra quadrata Levitarum; mirum Moses et Aaron erant ad orientem et ad ingressum atrii; Gersonite erant ad occidentem; Merarite ad aquilonem, Caathite ad meridiem; post hos erat secundum quadratum, seu castra quadrata aliorum Israelitarum, puta 12 tribuum, que distributa

erant circa atrium et castra Levitarum, ita ut ad quodque latus quadrati, sive ad quamlibet mundi plagam dispositæ essent tres tribus, ac consequenter 12 tribus ita collocatæ faciebant 4 terniones sive acies, atque in quolibet ternione sive acie, prima erat tribus aliqua insignior, quæ cæteris præibat, eratque quasi archiducalis, ut scilicet hæc ratione 4 tribus insigniores, quasi archiduces, munirent 4 cornua et latera exercitus, à quibus cæteræ tribus, et castra omnia denominabantur, ut vexillum Ruben, verbi gratiâ, indicabat et denominabat omnia castra ad meridiem sita. Ruben enim senior erat Simeone et Gad asseclis suis ad meridiem, et ita de cæteris. Itaque ad orientem expansum erat vexillum primæ acie, puta archiducis Judæ, sub quo ordine suo ad idem latus consequenter, primò Issachar, deinde Zabulon. Ad austrum erat vexillum Ruben, sub quo ponè erat Simeon, deinde Gad. Ad occidentem erat vexillum Ephraïm, sub quo ponè erat Manasse, deinde Benjamin. Ad septentrionem denique erat vexillum Dan, sub quo ponè erat Aser, deinde Nephthali. Egyptios autem et gentiles alios, qui Hebræos ex Egypto secuti fuerant, verisimilitè est his fuisse immixtos, unde simul cum eis murmurare et murmur concitare solebant.

Nota. Inter omnes archiducalis et prima tribus ad orientem sita erat Juda. Primò, quia hæc tribus erat numerosior et fortior, idcirco regnum illi à Jacobo consignatum est, Gen. 49, 10, ut scilicet tribus hæc regia et fortissima suam regem faciliùs tueri posset. Secundò, quia ex hæc tribu nasciturus erat Christus. Ita Theodor. hic q. 3. Tribus verò Dan fuit ad aquilonem, quia ab aquilone panditur omne malum : ex Dan autem nascetur pessimus Antichristus. Ita Rupert. et Radulphus in 24 Levitici.

Nota secundò. Hic quadratus tribuum situs et ordo tantum erat tunc, cum castra figebant : nam cum ea movebant, alius erat ordo, non enim agmine quadrato, sed longo et extenso singula tribus alie post alias seorsim incedebant, ut patet v. 9.

Tropol. quomodo quisque secundum signa sua, id est, ordinem et gradum vocationis, gratiæ et status sibi dati vivere, in eoque quietè sese continere debeat, docet Origenes hic hom. 2.

Quæres secundò quæ et qualis insignia habuerint hæc quatuor archiducum tribuum vexilla? Tradunt Hebræi et Rabbinæ scribentes in hoc caput, vexilla hæc habuisse effigies quatuor animalium, scilicet leonis, hominis, bovis et aquilæ. Hebræos sequitur Andreas Masius in c. 6 Josue, v. 9, ubi sic ait : Tradunt Hebræi primum vexillum principiaris tribus Judæ cum suis habuisse effigiem leonis pro insigni; secundum vexillum Rubenitarum habuisse hominis effigiem cum mandragoris, quas ad matrem attulerat Ruben, Gen. 30, 14; tertium vexillum Ephraïm habuisse imaginem bovis; quartum Danitarum habuisse effigiem aquilæ. Quæ sanè apto typo significabant propitiarium nostrum, scilicet Christum, arcemque ejus, scilicet Ecclesiam, quæ inter hæc quatuor vexilla sita erat per quatuor Evangelistarum signa ad omnes mundi plagas diffundenda esse. Item

docent Vitalpando de Templo l. 2, p. 2, l. 5, disp. 2, c. 29, et Hier. Præd. in c. 1 Ezech. pag. 44, qui ex Hebræis ita hæc describit : *Singuli duces tribuum propria gestabant insignia, parentum scilicet stemmata in vexillis depicta. Ad orientem ergo, supra propitiem Naasson primogeniti Judæ collocabat vexillum viridis coloris, quem sibi colorem assumpsit, quoniam in viridi lapillo, snuragido scilicet parentis Judæ nomen erat exaratum in rationali pontificis, hoc est in bullâ ejus pectorali, in qua visibatur jus civilitatis et nobilitatis Israelitarum, puta singularum 12 tribuum; in quo vexillo depictus erat leo, stemma et hieroglyphicum parentis Judæ; nam hunc leonem comparaverat Jacob dicens : Capillus leonis Judæ. Ad meridiem, supra tentorium Elisur filii Ruben eminebat vexillum rubrum, referens colorem sardi, in quo erat nomen patris, puta Ruben scriptum in rationali : symbolum autem in hoc vexillo depictum visibatur humanum caput, eo quod Ruben esset primogenitus et familie caput. Ad occidentem, surgebat in altum supra tentorium Elisana filii Ephraïm vexillum aureum in quo exaratum visibatur caput vituli (eo quod avus ejus Joseph per visionem vitulorum, sive bonum prædixisset et providisset fami Egypti : unde et Egyptii eum specie bovis colerunt, voceruntque Apin vel Serapin, ut dicit Gen. 41, in fine : unde et Moses postea Deut. 33, 17, benedicens tribum Joseph, puta Ephraïm, ait : Primogeniti tauri pulchritudo ejus). Aureus verò splendor vexilli Ephraïm amulabat fulgorem chrysolithi, in quo scriptum erat nomen Ephraïm in rationali. Ad aquilonis partem, fluctabat supra tentorium Abiezer filii Dan variegatum signum ex albo et rubro colore ad instar jaspidis (ita Prado, sed verius est, Dan in rationali fuisse inscriptum carbunculo, uti dixi Exodi 28, 18; adde, jaspides ferè esse virides, non albos et rubros), in quo celatum erat nomen Dan in rationali : hejus stemma fuit aquila serpentibus inimica, ob archiduce vice serpentis electa : quoniam avus Jacob parentem Dan contulerat colubro, dicens : Fiat Dan coluber in viâ, cerastes in semitâ, cuius loco Abiezer posuit aquilam, quo unguibus arreptum gestaret colubrum, vel draconem, quod Lacedæmoniorum quoque fuit stemma, quo etiam ipsi obsignabant litteras ad Judæos consanguineos suos transmissas, uti testatur Joseph. lib. 42 Antiq. c. 5. Sic apud Plutarchum legitur, aquilam C. Mario reditum cum summâ gloria et triumpho portendisse, cum anguem unguibus arreptum dilacerasset, et in aquas abjecisset, atque inde occasum versûs avolasset :*

Sic aquile clarum firmavit Jupiter omen,
Partibus intonuit cæli pater ipse sinistra.

Gestârunt ergo hæc tribus gentilitia familia et parentum suorum stemmata pro insigni et vexillo : unde in Hebræo hæc vexilla vocantur signa patrum suorum. Porrò hæc insignia quatuor animalium censet Prado significari à Psal. Psal. 67, cum loquens de castris Hebræorum ait : Animalia tua habitabant (id est, habitabant) in ea, q. d. : In tua hereditate, in tuis castris, in tuo populo, Domine, visabantur olim in deserto

vexilla insignita figuris quatuor animalium, puta hominis, leonis, aquilae et vituli. Adducit Prado, plane videri has quatuor animalium figuras desumptas esse ex Cherubinis arca: Deus enim sua attributa, maiestatem, gloriam et triumphos per haec quatuor animalia quasi stemmata sua significare voluit, ideoque suos Cherubinos ita fieri et fingi iussit, ut horum quatuor animalium speciem referrent, ut dixi Exodi 25, 18: hinc et eadem ad castra et populum suum, eorumque vexilla tradaxit. Erant enim haec Dei castra, quorum dux et princeps erat Deus ipse. Merito ergo castrorum horum puberitudinem admirans Balaam, cecinit Num. 24, 5: *Quam pulchra tabernacula tua, Jacob, et tentoria tua, Israel! ut valles nemorosa, ut horti iuxta flatus irrigui, ut tabernacula quae faciunt Dominus, etc.*

Quaerens tertio, quid mystice haec castra et vexilla significant? Respondet primo ex Philone Vitalpandus, symbolice in hisce castris Dei totum mundum representari, atque 12 tribuum insignia significare 12 signa Zodiaci. Judas enim leonis habet speciem, Ruben aquarii, Ephraim tauri, Dan scorpionis ab aquila apprehensi. Vide caetera in idea et per quatuor plagas et per quatuor acies, tam Levitarum, quam castrorum, quatuor elementa significari docet, scilicet per Moysen et Aaron, qui erant ad orientem, ignem; per Gersonites, qui erant ad occidentem, terram; per Caathitas, qui erant ad meridiam, aërem; per Meraritas, qui erant ad septentrionem, aquam.

Allegoricè, castra haec significant Ecclesiam Christi, de qua dicitur Cant. 6, 5: *Pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata*; hinc et Deus dicitur *subaetha*, id est, acierum et exercituum; hinc etiam de causâ castra haec erant circa tabernaculum, id est, templum Dei, illique commensa erant, adeoque ipsa speciem templi sive Ecclesiae exhibebant, sicuti vicissim ipsum templum speciem castrorum referebat. Unde 2 Paral. 31, 2 dicitur Ezechias constituisse Levitas, qui *camerent in portis castrorum Domini*, id est, templi. Moses ergo est Christus, qui in medio duodecim Patriarcharum et tribuum, id est, duodecim Apostolorum, in Judaea visus est, adoratusque ut verus creator caeli novi novaeque terrae, quatuor stipatus, veluti Cherubinis, Evangelistis, quos ad quatuor mundi plagas evangelizare transmisit. Hinc Cherubim habebant speciem hominis, leonis, bovis et aquilae, per quae quatuor Evangelistas adumbrari et depingi patet Apoc. 4, v. 7, idque passim Patres omnes docent. Archidamus, teste Plutarcho in Lacon., rogatus quantum regionis Spartani possiderent, respondit: *Quantum hasta pertingimus*. Ita Ecclesia tantum regionem occupat, quantum pugnando contra demones, infideles et impios subjugarit, ut possit dicere cum Jacobo: *Do tibi partem unam, quam tuli de manu Amorruos in gladio et arcu meo*, Gen. 48, 22; haec ergo sunt castra, haec acies Ecclesiae. Agis rex cum prohiberetur ad Mantineam pugnare, quod hostes numero vincerent: *Necesse est, ait, contra multos pugnare, qui multis vult imperare*. Ita Apostoli 12 contra totum orbem pugnant,

tes, eum sibi et Christo subdiderunt. Lacena filio in bellum proficiscenti porrigens scutum: *Hoc, ait, pater tuus semper servavit, itaque aut tu idem facio, aut peridem dicat nunc Ecclesia curvis fidelis*. Alia cum solemnem pompae coronata interesset, audiens filium in praelio victorem occubuisse, non detractâ coronâ, sed jactabunda proximis dixit: *Multò pulchrius est, o amici, vincentem in acie mortem oppetere, quam superstitem vincere*. Idem dicat martyr, qui patiendò, idem doctor et concionator, qui laborando pro gloria Dei occumbit. E contrario, Damatria filium ad se reversum, quod in bello timide et indigne se gessisset, interfecit. Lacena alia ad filium fugâ servatum scripsit: *Mala de te fama spargitur, aut igitur hanc elue, aut vivere cessa*. Alia, cum filii è praelio fugissent, et ad ipsam venirent: *Quò, ait, profugere voluistis, mala mancipia? an hic (ventrem ostendens) unde existis, redituri? Alia filium è fugâ adventantem cernens, rogavit quo loco essent res patriae; cùmque is responderet, vivez esse occisos, tegula eum occidit, dicens: Ergo te infansu rei multum illi miserunt nobis? Cùm quidam narretet matri fratrem honestâ morte occubuisse: *Nome, ait, turpe est, te talis comitatus occasionem amisisse? Quid jam dicat fidelis, quid miles in castris Ecclesiae? dicat utique cum Machabaeis: Moriamur foriter in praelio, nec interramus crimen gloriae nostrae. Dilatemus regnum Christi, toto orbe evangelizemus; si catamus, si occidamur, martyres resurgemus. Particulatim verò S. Amb. 1. 2 de Salomone c. 2, Christum comparat aquilae cum dracone pognanti, quod fuit stemma Dan, dùm ait: *Ut aquila serpentes devorat, et eorum venena calore concoquit interno, ita et Christus Dominus noster, dracone percussio, id est, diabolo lacerato, dum humanum sibi corpus assumit, peccatum illud quod hominem tenebat obnoxium, tanquam perniciosum virus extinxit, sicuti Apostolus ait: Et de peccato damnasti peccatum in carne sua*.**

Verum aptius singula sigillatim ita adaptat Rabanus hic. Haec, ait, castrorum acies est Ecclesia, tam novi, quam veteris Testamenti. Levite sunt sacerdotes et clerici; hi sacra custodiunt, et pro eis depugnant, eosque ambit et protegit populus, qui à quatuor mundi plagis ad Ecclesiam venit; à singulis quatuor lateribus est trinitas tribuum, id est, fides SS. Trinitatis; 12 principes sunt 12 Apostoli, quorum precibus et doctrinâ munuit Ecclesia.

Ab oriente est Judas, quia ex Judâ ortus est Christus, cujus nomen est Oriens. Rursus per orientem, ubi erat introitus tabernaculi, significatur primitiva Ecclesia, et initium conversionis fidelium ad Christum: hic est Judas, id est, confessio; et Issachar, id est, merces, et Zabulon, id est, habitaculum fortitudinis: quia confessores Christi in Ecclesiam, quae Dei domus est fortissima, per Christum introitum habent, ut in eâ pro mercede aeternâ laborent. Plaga australis antiquam Dei plebem, olim à Deo illustratam significat: hic est Ruben, Simeon et Gad: quia sancti Patres, qui intuitum mentis ad voluntatem Dei Patris videndam bene exacerunt, obedientiam studium ritû

illi impendebant, accingentes se armis justitiae contra leonem rugientem et daemonum meridianum, sibi quae dicebant: *Esto Ruben*, id est, vide te esse filium Patris aeterni; cui debes esse Simeon, id est, obediens; ut sis Gad, id est, accinctus contra demones. Rursus *esto Ruben*, id est, vide ut filios Deo procees. Aquilo significat gentem multitudinem, quae usque ad Christum tenebris et frigore infidelitatis torpuerat: hic est Dan, id est, iudicium; Aser, id est, beatus; et Nephthali, id est, collectans, vel dilatatus, quia spernentibus Judaeis verbum Domini, iusto iudicio Dei, per multitudinem gentium credentium dilatatus, et luctans Ecclesiae populus, aeternam beatitudinem sperare et quærere non desistit. Occidens, sive ultima pars tabernaculi, significat impletionem Ecclesiae, quae fiet in fine mundi, cùm omnis Israel salvus fiet: hic sunt Ephraim, id est, crescens, et Manasse, id est, oblitio; et Benjamin, id est, filius dexterae: quia tunc in persecutione Antichristi probabuntur, et meritis acrescent electi, tumque aderit hora, quâ in oblivionem mortis perpetuae impiis traditis, iusti ad dexteram Dei in aeternum cum Domino regnaturi collocabuntur. Hinc usque Rabanus.

Quaerit quartò quid haec castra significant tropologicè et analogicè? sensus enim litteralis hic facilis est, sed spiritualis, qui hic occultatur, illustris est. Respondedo, anima quaelibet fidelis et sancta est tabernaculum Dei, ut dixi Exodi 26, 1. Aspectus ad orientem significat mentis illuminationem et purgationem, quae perficitur Judâ, id est, verâ confessione; et Zabulon, id est, forti penitentia; et Issachar, id est, spe mercedis. Meridies significat mentis inflammationem et ardorem, quam perficit Ruben, id est, visio et procreatio filiorum in spiritu; ac Simeon, id est, obedientia; et Gad, id est, fortitudo in adversis. Aquile daemonis et hostium aliorum tentamenta significat, contra quae munimur castris Dan, id est, metu extremi iudicii; et Nephthali, id est, continuâ luctâ; et Aser, id est, memoriâ beatitudinis aeternae. Occidens significat perfectionem animae, quam praestat Ephraim, id est, fruges et incrementa continua bonorum operum; ac Manasse, id est, oblitio rerum temporalium; et Benjamin, id est, dextera et virtus Patris nostri Dei: haec omnia penè habet Abuleus. hic q. ult.

Analogicè, castra haec caelum beatorum, et civitatem ecclestem significant. Unde Apoc. 21, v. 16, dicitur ipsa in quadro esse posita, aequè ut haec castra; atque duodecim habere portas, videlicet à quolibet latere et plagâ tres, inscriptas notatim duodecim tribuum filiorum Israel: duodecim enim tribus omnes veros Israelitas, id est, electos, qui illi civitati dominabuntur, significat. Itaque ingredietur in caelum per portam Levi, vel ut Levi, sacerdos, qui bene profuit sacerdotio; ingredietur per Juda, vel ut Juda, princeps, qui bene profuit populo; ingredietur ut Simeon, qui suis prepositis fuerunt obediens; ingredietur ut Issachar, vel Manasse, monachi et religiosi, qui voluptates praesentes calcant, spe in aeternam

mercedem defixi; ingredietur per portam Ephraim, qui fructibus misericordiae abundant; per Dan iusti iudices. Caetera collige et applica ex tropologia paulò ante assignatâ. Ita Origen. hom. 1, et ex eo Raban.

VERB. 9.—PER TURMAS SUAS PRIMI EGREDIENTUR. Non quòd simul haec tribus pari gressu proficiscentur: hoc enim scâpe ob variam angustias fuisset impossibile, sed quòd prognati ex tribu Judâ primi essent, praerentque caeteras omnes tribus. Duodecim ergo tribus in 4 acies fuerunt distribute, quae hoc ordine procedebant. Prima acies, eaque fortissima erat tribus Juda: hanc non pari passu comitabant, sed à tergo ponè sequentur proximè Issachar, deinde Zabulon: adeoque haec tres tribus unam, videlicet primam aciem conflabant 186 millium bellatorum, ut patet v. 9. Secunda acies erat tribus Ruben, quae sequentur tribum Zabulon; post Ruben incedebat Simeon, post hunc Gad: erantque haec acies secunda, aequè ac prima; triplex, videlicet ex tribus jam dictis tribubus conflata, continebatque 150 millia bellatorum, ut patet v. 16. Post hanc secundam aciem, in medio omnium castrorum proficiscebantur Levite cum tabernaculo, illud in partes dissolutum, et per varios distributum portando. Post Levitas succedebat tertia acies Ephraim, cui conjuncta, et succedanea erat acies Manasse, deinde Benjamin: haec acies continebat 408 millia bellatorum, ut patet v. 24. Post hanc sequentur quarta acies Dan, cui à tergo conjuncta erat Aser, deinde Nephthali. Nephthali ergo clauderet totum agmen, omnesque alias tribus; haec acies continebat 137 millia bellatorum, ut patet v. 31.

VERB. 17.—LEVABITUR AUTEM TABERNACULUM TESTIMONIUM PER OFFICIA LEVITARUM, q. d.: Tabernaculum dissolutum portabitur à Levitis, secundùm distincta eorum ministeria, quae cap. sequenti singulis Deus distribuit.

Nota. Incedebant Levite loco tutissime, scilicet medio in castris, cùm illa proficiscebantur: nam ante se habebant duas acies, puta sex tribus jam dictas; post se habebant duas pariter acies, puta sex alias tribus; inde iehr. est, *proficiscentur tabernaculum testimonium, et castra Levitarum in medio castrorum*. Quod sic intellige, non quasi omnes Levite simul essent in medio praecise, ut aliqui voluerunt, sed quòd Gersonite et Merarite sequentur primam aciem, sive primas tres tribus: Caathite vero sequentur secundam aciem, et praecise essent in medio castrorum, ut disertè narratur c. 10, v. 17 et 21. Ita Andreas Masius in c. 6 Josue.

QUOMODO ERIGATUR, ITA ET DEPONATUR. Haec verba non sunt in Hebraeo hoc loco, sed c. 4, unde ab interprete Latino huc videntur translata, lucis et claritatis causâ.

VERB. 29.—NEPHTHALI. Nota. Concordiae causâ Deus aptum hunc hisce quatuor tribubus dedit ordinem, ut videlicet, cùm quatuor essent ancillarum Jacobi filii, videlicet Bala, Dan et Nephthali; Zephâe verò, Gad et Aser; ideoque unus alteri aciei (utpote quae ternis

tantum constabat tribubus) et vexillo jungendus foret. Gad iungeretur Ruben, Dan autem et Nephthali, Zabé

CAPUT III.

1. Hæc sunt generationes Aaron et Moysi, in die qua locutus est Dominus ad Moysen in monte Sinai.

2. Et hæc nomina filiorum Aaron : primogenitus ejus Nadab, deinde Abiu, et Eleazar, et Ithamar.

3. Hæc nomina filiorum Aaron sacerdotum, qui uncti sunt, et quorum repleta et consecrata manus ut sacerdotio fungerentur.

4. Mortui sunt enim Nadab et Abiu, cum offerrent ignem alienum in conspectu Domini in deserto Sinai, absque liberis : functio sacerdotio Eleazar et Ithamar coram Aaron, patre suo.

5. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

6. Applica tribum Levi, et fac stare in conspectu Aaron sacerdotis ut ministrent ei, et excubent,

7. Et observent quidquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonii,

8. Et custodiant vasa tabernaculi, servientes in ministerio ejus.

9. Dabisque dono Levitas

10. Aaron et filiis ejus, quibus traditi sunt à filiis Israel. Aaron autem et filios ejus constitues super cultum sacerdotii. Exterus, qui ad ministrandum accesserit, morietur.

11. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

12. Ego tuli Levitas à filiis Israel pro omni primogenito, qui aperit vulvam in filiis Israel, eruntque Levite mei.

15. Meum est enim omne primogenitum : ex quo percussi primogenitos in terra Ægypti : sanctificavi mihi quidquid primum nascitur in Israel; ab homine usque ad pecus, mei sunt. Ego Dominus.

14. Locutusque est Dominus ad Moysen in deserto Sinai, dicens :

15. Numera filios Levi per domos patrum suorum et familias, omnem masculum ab uno mense et supra.

16. Numeravit Moyses, et præceperat Dominus,

17. Et inventi sunt filii Levi per nomina sua, Gerson et Caath et Merari.

18. Filii Gerson : Lebni et Semei.

19. Filii Caath : Amram et Jesar, Hebron et Oziel.

20. Filii Merari : Moholi et Musi.

21. De Gerson fuerit familia dux, Lebnetica, et Semeitica :

22. Quarum numeratus est populus sexus masculini ab uno mense et supra, septem milia quingenti.

25. Hi post tabernaculum metabuntur ad occidentem,

filii, medium Aser Zelphæ filium, amoris et unionis causâ, complecterentur.

CAPITRE III.

1. Voici quelle était la postérité d'Aaron, et quels étaient les frères de Moïse, au temps que le Seigneur parla à Moïse sur la montagne de Sinai.

2. Voici, dis-je, les noms des enfants d'Aaron : l'aîné était Nadab, et les autres étaient Abiu, Eleazar et Ithamar.

3. Voilà donc les noms des enfants d'Aaron qui ont été prêtres, qui ont reçu l'onction, et dont les mains ont été remplies des victimes, et consacrées ainsi pour exercer les fonctions du sacerdoce.

4. Or, Nadab et Abiu, ayant offert un feu étranger devant le Seigneur, au désert de Sinai, moururent sans enfants; et après leur mort, Eleazar et Ithamar exercèrent les fonctions du sacerdoce, du vivant de leur père Aaron.

5. Et le Seigneur voulant leur donner quelqu'un pour leur aider dans les fonctions de leur ministère, parla à Moïse, et lui dit :

6. Faites approcher la tribu de Lévi, faites que ceux de cette tribu se tiennent devant Aaron, grand-prêtre, afin qu'ils le servent dans ses fonctions, qu'ils veillent à la garde du tabernacle.

Et qu'ils observent tout ce qui regardera le culte que le peuple me doit rendre devant le tabernacle du témoignage :

8. Qu'ils aient en garde les vases du tabernacle, et qu'ils rendent tous les services qui regardent le saint ministère.

9. Vous donnerez les Lévités

10. À Aaron et à ses fils, comme un présent que leur font les enfants d'Israël, afin qu'ils les assistent dans ce qui regarde le service du tabernacle. Mais vous établirez Aaron et ses enfants pour les fonctions du sacerdoce. Tout étranger qui, n'étant point de la famille d'Aaron, s'approchera du saint ministère, sera puni de mort.

11. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :

12. J'ai pris les Lévités d'entre les enfants d'Israël, en la place de tous les premiers-nés qui sortent les premiers du sein de leur mère, d'entre les enfants d'Israël; c'est pourquoi les Lévités seront à moi d'une manière toute particulière.

15. Car tous les premiers-nés d'Israël sont à moi. Depuis que j'ai frappé dans l'Égypte les premiers-nés des Égyptiens, j'ai consacré à moi tout ce qui naît le premier en Israël; depuis les hommes jusqu'aux bêtes, ils sont tous à moi. Je suis le Seigneur, et personne n'oserait me le disputer.

14. Le Seigneur parla de nouveau à Moïse au désert de Sinai, et lui dit :

15. Faites le dénombrement des enfants de Lévi, selon toutes les maisons de leurs pères et leurs familles différentes; et comptez tous les mâles, non depuis vingt ans seulement, comme ceux des autres tribus, mais depuis un mois et au-dessus, parce qu'il ne s'agit pas de les appliquer à des fonctions pénibles, mais de remplir par eux le nombre des premiers-nés d'Israël dont ils doivent tenir la place.

16. Moïse en fit donc le dénombrement comme le Seigneur l'avait ordonné;

17. Et il trouva parmi les enfants de Lévi ceux qui suivent, dont voici les noms : Gerson, Caath et Merari.

18. Les fils de Gerson sont, Lebni et Semei.

19. Les fils de Caath, sont Amram, Jesaar, Hebron et Oziel.

20. Les fils de Merari, sont Moholi et Musi.

21. De Gerson sont sorties deux familles, celle de Lebni et celle de Semei;

22. Dont tous les mâles ayant été comptés depuis un mois et au-dessus, il s'en trouva sept mille cinq cents.

25. Ceux-ci doivent camper derrière le tabernacle, vers l'occident,

24. Sub principe Eliasaph, filio Lael.

25. Et habebunt excubias in tabernaculo federis,

26. Et in ipsam tabernaculum et operimentum ejus tentorium quod trahitur ante fores tecti federis, et cortinas atrii : tentorium quoque quod appenditur in introitu atrii tabernaculi, et quidquid ad ritum altaris pertinet, funes tabernaculi et omnia utensilia ejus.

27. Cognatio Caath habebit populos Amramitas, et Jessaritas et Hebronitas, et Ozielitas. Hæc sunt familie Caathitarum recensite per nomina sua :

28. Omnes generis masculini ab uno mense et supra, octo milia sexcenti habebunt excubias sanctuarii,

29. Et castrametabuntur ad meridianam plagam.

30. Princepsque eorum erit Elisaphan, filius Oziel :

31. Et custodiet arcem, mensamque et candelabrum, altaria et vasa sanctuarii, in quibus ministratur, et velum, cunctaque hujuscemodi suppellectilem.

32. Princeps autem principum Levitarum Eleazar, filius Aaron sacerdotis, erit super excubitorum custodiae sanctuarii.

35. At verò de Merari erunt populi Moholite et Musitæ recensiti per nomina sua :

34. Omnes generis masculini ab uno mense et supra, sex milia ducenti.

35. Princeps eorum Surliel, filius Abihætel : in pagâ septentrionali castrametabuntur.

36. Erunt sub custodia eorum tabule tabernaculi et veteres, et columna ac bases earum, et omnia que ad cultum hujuscemodi pertinent :

37. Columnæque atrii per circuitum cum basibus, suis, et paxilli cum funibus.

38. Castrametabuntur ante tabernaculum federis, id est, ad orientalem plagam, Moyses et Aaron cum filiis suis, habentes custodiam sanctuarii in medio filiorum Israel; quisquis alienus accesserit, morietur.

39. Omnes Levite, quos numeraverunt Moyses et Aaron, juxta præceptum Domini per familias suas in genere masculino, à mense uno et supra, fuerunt viginti duo milia.

40. Et ait Dominus ad Moysen : Numera primogenitos sexus masculini de filiis Israel ab uno mense et supra, et habebis summam eorum.

41. Tollisque Levitas mihi pro omni primogenito filiorum Israel. Ego sum Dominus, et pecora eorum pro universis primogenitis pecorum filiorum Israel.

42. Recensuit Moyses, sicut præceperat Dominus, primogenitos filiorum Israel,

45. Et fuerunt masculi per nomina sua, à mense uno et supra, viginti duo milia ducenti septuaginta tres.

44. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

45. Tolle Levitas pro primogenitis filiorum Israel,

24. Ayant pour prince Eliasaph, fils de Lael.

25. Et ils veilleront dans le parvis du tabernacle de l'alliance :

26. Ayant en leur garde le tabernacle même, c'est-à-dire, sa couverture, le voile qu'on tire devant la porte du tabernacle de l'alliance, et les rideaux du parvis, comme aussi le voile qui est tendu à l'entrée du parvis du tabernacle; tout ce qui appartient au ministère de l'autel, les cordages qui servent à tenir les rideaux du tabernacle, et tout ce qui est employé à son usage.

27. De Caath sont sorties les familles des Amramites, des Jessarites, des Hébronites et des Ozielites. Ce sont là les familles des Caathites dont on a fait le dénombrement selon leurs noms.

28. Tous les mâles depuis un mois et au-dessus, sont au nombre de huit mille six cents. Ils veilleront à la garde du sanctuaire.

29. Et camperont vers le midi.

30. Leur prince sera Elisaphan, fils d'Oziel.

31. Ils garderont l'arche, la table, le chandelier, les autels et les vases du sanctuaire qui servent au saint ministère, le voile, et toutes les choses de cette nature.

32. Eleazar, fils d'Aaron, grand-prêtre, et prince des princes des Lévités, sera au-dessus de tous, mais plus particulièrement au-dessus de ceux qui veilleront à la garde du sanctuaire.

35. Les familles sorties de Mérari, sont les Moholites et les Musites, dont on a fait le dénombrement selon leurs noms :

34. Tous les mâles depuis un mois et au-dessus, sont au nombre de six mille deux cents.

35. Leur prince est Surliel, fils d'Abihætel. Ils camperont vers le septentrion.

36. Ils auront en garde les ails du tabernacle, les pièces de travers, les colonnes avec leurs bases, et tout ce qui appartient à ces choses :

37. Les colonnes qui environnent le parvis avec leurs bases, et les pieux qui servent à les tenir fermes avec leurs cordages.

38. Moïse et Aaron avec ses fils, qui ont la garde du sanctuaire, au milieu des enfants d'Israël, camperont devant le tabernacle de l'alliance, c'est-à-dire, du côté de l'orient. Tout étranger qui s'approchera du tabernacle pour y exercer les fonctions des prêtres ou des Lévités, sera puni de mort.

39. Tous les mâles d'entre les Lévités, depuis un mois et au-dessus, dont Moïse et Aaron firent le dénombrement selon leurs familles, comme le Seigneur le leur avait commandé, se trouveront au nombre de vingt-deux mille trois cents. Mais comme ces trois cents étaient premiers-nés, et en cette qualité appartenaient au Seigneur, on ne compte que vingt-deux mille Lévités, capables de remplacer les premiers-nés des enfants d'Israël.

40. Le Seigneur dit encore à Moïse : Comptez tous les premiers-nés d'entre les mâles des enfants d'Israël depuis un mois et au-dessus, et vous en tiendrez le compte.

41. Vous prendrez pour moi les Lévités, en la place de tous les premiers-nés des enfants d'Israël. Je suis le Seigneur, et les troupeaux des Lévités me sont donnés comme pour racheter tous les premiers-nés des troupeaux des enfants d'Israël, qui me furent alors consacrés.

42. Moïse fit donc le dénombrement des premiers-nés des enfants d'Israël, comme le Seigneur l'avait ordonné :

45. Et tous les mâles ayant été marqués par leurs noms, depuis un mois et au-dessus, il s'en trouva vingt-deux mille deux cent soixante-treize, c'est-à-dire, deux cent soixante-treize de plus qu'il ne s'était trouvé de Lévités pour les remplacer.

44. Le Seigneur parla de nouveau à Moïse, et lui dit :

45. Prenez les Lévités pour les premiers-nés des